



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

CCXXII. Peter von Samter fordert seine Freunde zu Pila auf, von der Beschädigung der Märkischen Lande abzustehen, am 21. October 1456.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

CCXXII. Peter von Samter fordert seine Freunde zu Pila auf, von der Beschädigung der Märkischen Lande abzustehen, am 21. October 1456.

Nobiles domini amici nostri carissimi. Quia serenissimus princeps dominus fredericus, dux Saxonie, margrabijs, nobis querulatur, quod villas suas reciperetis et deuastaretis ac templa et ecclesias despoliaretis et ciuitati kallys minas inponeretis, quatenus si uos veniretis, dicentes eos recipere et cremare; quare petimus a vobis ac consulimus, quatenus ab eisdem destitete debeatis, quia est contra serenissimum dominum regem nostrum et nos omnes et ne ex talibus lites inter nos commoueratis, cum tamen dominus rex noster cum domino margrabo amicabiliter componere vellet. Sic faciatis. Datum in Czampter scamotholi, feria quinta, ipso die vndecim milium virginum.

Petrus de scamothuli, castellanus pozoniensis, amicus vester.

Nobilibus hominibus de Wlochowow, kyzejs,

Auco, ploch, Szyzyk, lofs etc. . . . .

in pyla, amicis nostris carissimis.

Nach einer Abschrift des Geh. Staatsarchives.

CCXXIII. Bischof Andreas von Posen antwortet dem Kurfürsten Friedrich auf dessen Klage über von Polen ausgegangene Landesbeschädigungen, am 21. October 1456.

Serenissime Princeps et domine prestantissime. Nouitatem per vos michi scriptam vestris dominijs de Pyla certe preter scientiam Regie maiestatis et consiliariorum Regni factam, hic inauditam et incosultam, in litteris michi missis recepi, quas statim Magnifico domino luce de Gorka, Palatino poznanienſi et Capiteano Maioris polonie, mitto adhortans, ne talis nouitas in vestris dominijs amplius fiat: et ut me magis operosum in factis eisdem ostendam, ipsas litteras in medio congregationis Sezedenenſis, que erit feria secunda proxima legi faciam, adhortaturus singulos, ut diligencia domini Capiteanei predicti ipsi violatores pacis descripti conquiescant et cum vestris in pace uiuant. Datum in Buk, feria quinta, ipso die vndecim milium virginum, Anno millesimo quadringentesimo Quinquagesimo Sexto.

Andreas, dei gratia Episcopus Poznanienſis.

Serenissimo principi domino Frederico, dei

gratia Margrabo Brandeburgenſi, sacri Rom. Imp.

Archicamerario et Burggraui Norumbergenſi etc.

domino prestantissimo.

Nach dem Orig. des Geh. Staatsarchives.